

J.K. 120,32.

De ingenio et acumenis eruditis  
Germanorum p

1239  
Nationalbibliothek  
Berlin

II n  
1376

Geminam

# Orationem Valedictoriam,

Qvarum alteram

JOHANNES GEORGIUS Blüß/  
Teichwolfframbsdorffio Variscus,

Alteram vero

RUDOLPHUS AUGUSTUS Wilmann/  
Ælterlinens. Misnicus,

Cives Illustris Augustei,

Tam morum, qvam literarum studio

indefesso ornatissimi,

Cras, annuente Deo,

H. L. Q. C.

habebit,

Qva decet observantia

& humanitate indicet

M. JOHANN. CHRISTOPH. Stange!

Phil. Civil. & Eloqu. Prof. Publ.

LEUCOPETRAE, CHARACTERE, BRUHIANO.





**I**cuti nullum tam bene cultum, tantoqve studio præparatum agrum reperies, cuius frugibus neqvicqvam succrescat lolii; ita nullam gentium nationem deprehendes, qvæ omni careat vitio, nulloque infamis sit dedecore. Libido studiūque mentiendi Cretensium; Perfidia Pœnorum, Thracum Phrygumque stupiditas, antiqua qvidem, sed manifesta & pervulgata harum gentium sunt opprobria. Toto terrarum orbe Græcorum celebratur sapientia; sed multum laudis horum famæ detrahunt ineptiæ, qvibus olim indulserunt homines literatissimi. Famosissimo enim proverbio locum dederunt, qvo ineptissimum qvemque Græculum appellare solemus. Hispanis fastum; Gallis levitatem; malitiam Italiam, & aliis alia ex probrant morum censores. Neqve Germaniam nostram adeo intemeratam, & ab omni labe puram fingimus, ut nihil omnino sit, quod reprehendas. Et sicuti dementiae esset, ea velle diffiteri, qvæ omnibus nota sunt; ita nemo nostratum æqvo animo feret convitia, qvibus gentem nostram proscindunt obtrectatores. Nam præter bibendi cupiditatem, nescio certe qvam cordiam, qvemque stuporem tribuant Germanis, qvo nihil acuti, nihilque ingeniosi ab illis excogitari posse dictitant. Sed unde hoc ipsis somnium? Ex Tacito forsan inaudiverunt, Tuistonem, Deum, terra editum, primævum gentis nostræ conditorem exitisse. Hinc optimum qvemque Germanorum Antæum, hoc est vecordem stupidumque terræ filium esse, arbitrantur. Ast, si hæc simplicitatis nostræ causa est, miror profecto, unde tam pulchrum plenumque sapientiæ nomen acceperint Germani, Teuthonesque appellari cœperint? Teuthus certe primus & antiquissimus hujus appellationis

con-

conditor, divino ingenio, tantaqve fuisse sapientia fertur, ut illis qvoq; hoc nomen dederit, qvos penes summae divinitatis fuit opinio. Ægyptios enim sapientissimum qvemq; Teuth vocitasse, auctor est Julius Cæsar Scaliger in Epitaphio eorum, qui ad Viennam pro libertate Christiana bello Turcico ceciderant. Et sicuti honor & reverentia, qvibus olim Herculem, Deorum fortissimum prosecuti sunt, fortitudinem Germanorum arguit; ita non minus antiquam sapientiam indicat cultus, qvo Deum, eloquentiae & sapientiae praefidem, Mercurium, dignati sunt. Sed haec nimis antiqua forte sunt, qvæ memoriam fugiunt malevolorum; age igitur ad recentiora progrediemur. Si omni mentis acumine vacant Germani, unde qvæ so, tot nobilissimarum artium inventiones? Ferri fodinas invenisse Germanos, primumq; ensem in Norico fabricatum esse, testis est magnus, quem modo citavi, Scaliger. Qvis tormenta reperit, horrenda belli machinamenta, qvibus nulla non firmamenta quatunt, labefactant, dejiciunt & subvertunt? Germanus. Qvis tympani fuit inventor? Germanus. Nec bellicis tantum, sed literariis etiam inventis celebratur Germania; chartæ enim prædicatur inventrix, qva nihil utilius, reiq; literariæ accommodatius excogitari potuit. Hinc vitæ humanitatem & memoriam hujus usu maxime constare, sapienter dixit Plinius, Lib. XIII. cap. XI. Et, si nulla res alia acutissimum proderet Germanorum ingenium, id sola certe patefaceret Typographia, faustissima bonarum artium adjutrix; cuius inventionem nostratisbus tribuunt auctores gravissimi, Polydorus Virgilius, Sebastianus Münsterus, Franciscus Philelphus, Philippus Beroldus, & alii. Et qvanquam præclarum hoc ingenii monumentum alii nobis invideant, aliisqve gentibus id vindicare studeant, nunquam tamen immortalem hanc nobis eripient gloriam. De cœteris ingenii nostri documentis plura dicere supersedeo, cum publica prostent testimonia, qvæ mentis vigorem & acrimoniam Germanorum satis manifesto ostantant. Nulla est elegantioris

lite-

1247

SK Thn 1386

x 3047288 VD 18

literaturæ portio, qvam non penitus animo imbiberint  
 illi, præstantissimoq; studio illustraverint. Si qvid etiam  
 artis ab exteris accepit nostra natio, hujus industria am-  
 plius exculta & præclarissimis inventis au&ta est, ut lau-  
 datus Scaliger, Germaniam non immerito perfectum  
 qvendam orbem appellaverit, qvi nullius vel rei vel sapi-  
 entiæ egeat. Aut si jucundius fit, qvod hostis perhibet,  
 testimonium, Bodinum audiamus, Germanorum famæ  
 & existimationi inimicissimum, qvi, invidiæ oblitus, pa-  
 lam fatetur, Germanos humanitate Asiaticis: disciplina  
 Romanis: Religione Hebræis: Philosophia Græcis: Geo-  
 metria Ægyptiis: Arithmetica Phoenicibus: Astrolo-  
 gia Chaldæis: opificiorum varietate populis omnibus fa-  
 cile superiores videri. En iliadem in nuce, qvam  
 pluribus explicandam sibi sumserunt duo illustris Au-  
 gustei Cives, Musarum nostrarum consortio dignissimi;  
 alter JOHANNES GEORGIUS Blud / Teich-  
 wolfframbsdorffio Variscus; alter RUDOLPHUS  
 AUGUSTUS ULLMANN, Ælterlinens. Misnicus.  
 Qvi sicuti hactenus tam morum, qvam literarum inde-  
 fessò studio suas diligentissime observarunt partes; ita  
 nunc in eo sunt, ut Musis Augustis vale dicendo, ulti-  
 mam qvoqve legibus nostris præstent obedientiam. Cui  
 officio præmittent Orationes alteram de virtutis; alteram vero de  
 virtutibus Germanorum. Has ut Domini Mecœnates, Patro-  
 ni, Præceptores, Fautores & Commilitones benevol-  
 præsentia & attentione dignari velint, decentissimis pre-  
 cibus, omniqve studio mecum contendunt. Ego sicuti  
 utriusqve salutem qvotidie magis magisqve promo-  
 tam cupio; ita tuam imprimis, Mi Glücki, summis Me-  
 coenatibus atqve Patronis etiam atqve etiam commen-  
 do, Deumqve precor, ut fidem & industriam, qvas libe-  
 ris meis instituendis, re&teqve educandis impendisti, fe-  
 licissimo studiorum successu, & exoptato remune-  
 rari velit eventu! P. P. d. XII. Sept.


A. O. R. MDCCIII.

103 (G) BII

De ingenio et denuo inventis  
Germanorum

1239  
Nationalbibliothek  
Berlin

II n.  
1376



B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Geminam

**n Valedictoriam,**

varum alteram

**GEORGIUS Blud/**  
frambsdorffio Variscus,

Alteram vero

**AUGUSTUS Ullmann/**  
lincens. Misnicus,

es Illustris Augustei,

n, quam literarum studio

defesso ornatisissimi,

s, annuente Deo,

H. L. Q. C.

habebit,

va decet observantia

&amp; humanitate indicit

**N. CHRISTOPH. Stange/**

Civil. &amp; Eloqu. Prof. Publ.

CHARACTERE BRUHILIANO.

